proeliorum. uidete ne turbemini. oport[et enim haec fieri]
sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem et regnu[m]
in regnum. et erunt pestilentiae et fames. et terrae motus p[er]
loca. haec autem omnia initia sunt dolorum. Tunc tradent
uos in tribulationem et occident uos. et eritis odio omnibus
gentibus. propter nomen meum. Et tunc scandalizabun
tur multi. et inuicem tradent et odio habebunt inuicem. Et
multi pseudoprophetae surgent. et seducent multos. Et quo
abundabit iniquitas. refrigescet caritas multorum. qui autem
perseuerauerit usque in finem. hic saluus erit. Et praedicabitur
hoc euangelium regni in uniuerso orbe. in testimonium omnibus
gentibus. et tunc ueniet consummatio. Cum autem uideri
tis abhominationem desolationis quae dicta est a daniele pro
pheta. stantem in loco sancto. qui legit intellegat. Tunc qui in
iudaea sunt. fugiant ad montes. et qui in tecto. non descendat
tollere aliquid de domo sua. et qui in agro. non reuertatur
tollere tunicam suam. Uae autem praegnantibus et nutri   M ccL
entibus in illis diebus. Orate autem ut non fiat fuga uestra   M cxLv
hieme uel sabbato. Erit enim tunc tribulatio magna.
qualis non fuit ab initio mundi usque modo. neque fiet.
Et nisi breuiati fuissent dies illi. non fieret salua omnis caro.
sed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc si quis   M ccLiii / M cxLviii / L cciiii
uobis dixerit. ecce hic xps aut illic. nolite credere.
Surgent enim pseudoxpi et pseudoprophetae. et dabunt
signa magna et prodigia. ita ut in errorem inducantur
si fieri potest etiam electi. ecce praedixi uobis. Si ergo dixe   M ccLv / L ccii
rint uobis ecce in deserto est. nolite exire. Ecce in pene
tralibus. nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab
oriente et paret usque in occidentem. ita erit et aduentus
filii hominis. Ubicumque fuerit corpus. illuc congrega